

licet nobiscum sis semper & stans in medio nostrum non cernaris à nobis, erit tamen tempus, quando universa caro te aspiciet reverentem, Ambros. super Luc, cap. 10.

### Locus tertius.

§. 43. De gaudio piorum: *Mundus gaudet de suo, de creatura non de creatore: pii de adventu & incarnatione filii DEI: Venit enim ille de monte divinitatis in vallem humilitatis, de monte potentia, in vallem infirmitatis: per adventum ejus medicina venit fidelibus universis: Eramus nos stulti, venit ergo ad nos Doctor, eramus perditii, ecce adest redemptor: eramus à patria exclusi, en introductorem: eramus damnati, advenit desiderabilis Salvator, eramus caci, appropinquavit illuminator. Quis ergo cum Iacobo & Israele non laetetur, non exultet, non tripudiet? Valeant gaudia mundi: Mundi gaudia sunt Diaboli venena, ait Augustinus, Nemo potest gaudere in seculo & illic regnare cum Christo, ait Gregorius.*

### Locus quartus.

§. 44. *David orat pro Ecclesia, cujus status tunc erat exulceratus: Idem faciamus, & nos hoc calamitosissimo seculo: Rogate quæ ad pacem sunt Hierusalem, Psalm. 122. v. 6. 7. Est enim ea Taulero columna cæli & terræ, cui DEUS impendit omnia, propter quam ea creavit & conservat creaturas universas, confirmante Augustino Ep. 2. contra Epist. Parmen. lib. 8. sic rogavit David Psalm. 137. Salomon, lib. 1. Reg. cap. 2. Theodosius & alii. Mota enim religionis anchora simul turbatur Reipublica navis,*

*& νοξῶν τῆς χῶρας, νοξῆν τε*

*τῆς ἑἰ*

*πάντες δόξα θεῷ.*

Finis Psalmi decimiquarti,